

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rahne, I.U.D. & Profess. Ord. ad  
Exequialem solennitatem, Quam Nobilissimae laudatißimaeq[ue] foeminae  
Luciae von Rehden/ Coniugi desideratissimae apparat maritus moestissimus,  
hodierna luce ad horam I. pomer. in aede Nicol. Cives suos omnium ordinum  
amanter & diligenter invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776811215>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.

in

L. v. Rehden,

uxor. J. Volger.

Rostock, 1638.

29.







RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**

J. U. D. & Profess. Ord.

*ad Exequalem solennitatem,*

*Quam*

*Nobilissima laudatissimæq; fœmina*

**LUCIÆ von Rehden,**

Conjugi desideratissimæ apparat ma-  
ritus moestissimus, hodierna luce ad horam  
I. pomer. in æde Nicol.

Cives suos omniam ordinum amanter  
Et diligenter invitat.



ROSTOCHI,

*Typis NICOLAI KILL, Academ. Typogr.*

*ANNO M DC XXXVIII,*

*636*  
**M**ultiebris sexus priva quadam nascenti  
di sorte, cum incommodis mole-  
stiusq; confluctari cogitur, tunc pluri-  
bus, tum grandioribus, quam qui-  
bus obijciuntur Viri. Ut silentio  
transmittam curam rei culinariæ & familiaris;  
nutricatum & educationem tenellorum infantū,  
multaq; id genus alia, quæ fœminis magnam par-  
tem incumbunt; si solas corporis ægritudines  
spectetis, utriq; quidē maribus ac fœminis ex æ-  
quo communes sunt Febres, Pleuritides, Phtyses,  
colicæ, dysenteriæ, pestis, & similes vitæ bonæq; va-  
letudinis jurati ac internecri hostes. Ast vero  
debiliorem & sequiorem illam progeniem peculi-  
ari Naturæ lege comitantur peculiares propriiq;  
Morbi; quorum tam ingens copia, ut vix fando  
aut scribendo eos recensere sciant. In hoc argumento operas suas locatunt, &  
nimio plus satis, quod agerent, invenerunt Cty-  
næcorum scriptores, quorum ampla ac numerosa  
volumina, ad nostram ætatem propagata, in ma-  
nibus & æstimio hodie habemus. Inter omnes  
fœmineos affectus ac Symptomata, facile princeps  
est Partitudo, quam justissimi Creatoris voluntas  
Fœminis propriam esse voluit: Deum immorta-  
lem, quantâ conjuncta cum violentia! quantis  
conca-

637

conatibus, quam anxiō labore, non solum recen-  
ter prodeuntis seu foras protrusi pulsionis, sed &  
miseræ matris! ut serio dubites hæcne an ille pri-  
or sit redditurus animam? Sic utriusque vita hæ-  
ret in ancipiū. Ceteræ, animantes per ludum &  
sacrum pariunt, & quasi aliud agendo; fœtusq; o-  
mnium matrum, quotquot vivunt, nascuntur mi-  
tius. Solus homo per acerbissimum dolorem in-  
mundanā scenam intrat. Sola mulier cum ango-  
re parit; quia id sua culpa meruerat, ob prævarica-  
tionem primævam. Videtur quidem & Virorum  
conditio suam molem secum trahere & difficul-  
tates, dum opus habent in bello caput; & latus ho-  
sti objicere, armis decernere pro patria, proq; caris  
amicis; inter creperos ensiū tormentorumq; Ma-  
vortiorum conflictus sanguinem profundere; sæ-  
pe etiam appetere pulcrum per vulnera mortem:  
abs quibus omnibus fœmineus sexus liber atque  
immunis positus est, singulari Naturæ indulgen-  
tia, & beneficio: quæ ei concessit corpus gracile  
membra imbellia, carnem molliculam, ossa minu-  
ta, nervos invalidos, ut toto corpore nil aliud præ-  
se ferre videantur quam meræ speciem debilitatis.  
Sed enim vero an dolores, anxietudines, pavoreq;  
& pericula parturientium, cùm conditione belli-  
gerantium pari lege componi & juxta æstimari  
possint,

638  
possint, id arbitrabitur quisquis æqua trutina sor-  
tem utrumq; ponderaturus erit. Si ad Judicium  
vocaverimus foeminas ipsas, jurabunt labores suos  
multis parasangis superare eos, quos sentiunt præli-  
antes. In bello momento cito mors venit aut victo-  
ria lata: Partitudinis dolores & angores non di-  
cam in aliquot horas, sed saepe in dies integros pro-  
rogantur. Et juvenculis ac inexpertis metus præ-  
ceptus ipsa morte terribilior accidit. Notum est  
Medæ effatum, jurantis se in primâ acie pugna-  
turam multo volentius, quam parituram semel.  
Tam multiplici & improbo labore, fataliq; mole-  
stia, quid mirum si foemellarum corpora ita debi-  
litantur, ut non solum vita, quam ducunt, infir-  
mior languidiorq; currat, sed etiam filum ijs  
multo temporiuit, atq; viris præci datur? Philoso-  
phri mediciq; restes sunt, non assurgere foeminas  
ad id ætatis fastigium, quod masculi contingunt:  
cuius peragere suum drama: citius pubescere: ci-  
tius pertingere ad æquum: citius tollere mortalis fa-  
bulæ aulæ. Et verò quis sequiorem hanc eoru-  
sortem non ferat condolenti animo? non prose-  
quatur justo blandoq; obsequio? Inficeissimos  
mecastor, fereq; dixerim indignos, quos mulier  
emiserit vitales in luminis auras, qui, sicuti istæ va-  
letudinis curandæ viriumq; reparandarum gratia,

exer-

634

exercitę & enervatę tot importunitatibus, honestā  
refocillatione sibi recte lauteq; facere aggrediu-  
tur, id iis vitio vertunt, eōq; nomine, velut prosti-  
bula publica, innoxias & immerentes animas, pi-  
pulo differunt per urbem / quibus tamen vel ipsum  
supremum Numen indulgitatem largiorem, & cu-  
ram liberaliorem corporis, non solum non invidit,  
sed & ultro concessit, & Viris ut promoverent,  
mandavit; quanquam earum indoles suopte genio  
alienior sit ab immodicis heluationibus. Venia-  
mus nos in rem præsentem. Eorum quæ hucusque  
dixi, graphicum & vivum exemplum sistere vobis  
possum, Cives academicī, fœminam nobilissimā  
**Luciam von Rehden** / quam plaræq; istæ incom-  
moditates ita sequuntæ sunt, ut juvenilibus annis;  
ipso ætatis vigore, labefactatis viribus, corporeq;  
exhausto, eandem dejecerint de statione & ex nu-  
mero viventium. Primam lucis usuram largitus  
est ei Annus ab instituta redēctione c. 10. 10. c. XIV.  
genitæ parentibus, nobilitate prosapiæ, Virtute &  
heroicis facinoribus celebratissimis; patre Nobi-  
lissimo, & maximè strenuo Dominò **Ludolfo**  
**von Rehden** / hæreditario in Pattensen / Illustriss:  
Princip. Brunsvicens. & Lunæburg. Capitaneo  
& ductore peditatus Germanici; qui, Anno 1615. in  
obsidione Brunsvicensi crus alterum globo tor-

Iii 3.

men-

*63 690*  
mentario trajectus, ex eodem vulnere piam mortem oppetiit. Avo paterno Viro Nobilissimo N.  
von R̄heden. Matre matrona Nobilissimā & laudatissimā LUCIA ELISABETHA von Derenthal/  
(cuj⁹ mater, defunctæ aura materna, oriunda fuit  
ex nobilissima prosapia von Sachhausen/ apud Pa-  
debornenses) quæ si quidquam votis pacisci po-  
tuisset à Deo Opt: Max: nihil certe optasset ma-  
gis, quam filiam hanc suam, columen vitæ, & se-  
nectutis solatum, superstitem retinere post sua fa-  
ta. Nunc vero (quod ei vitam quam maxime acer-  
bam facit) funus illiusdem spectare, & ordine  
naturæ adverso, genetrix gnatæ exequias ire jube-  
tur. Quid opus est, Civis incliti, prolixā serie, aba-  
vos, tritavos, & longo ordine majores defunctæ  
litteris consignatos vobis enumerare? Neque id  
ipsa cuperet, utpote jam posita extra sortem talis  
commendationis; neq; paginæ angustia id pati-  
tur; neq; quos funus proprius tangit, hoc nos flagi-  
tarunt officium, arbitrati quæ in oculis & notitia  
omniū posita sunt, haut indigere præcone: nec ad  
virtutem propriam, veramq; laudem multum  
facere. Cæterum postquam LUCIA Nobilissima,  
Ecclesiæ Christi inserta fuisset per lavacrum sacri  
baptismatis, ita vitam duxit, ut jam à primis incu-  
nabulis in eā elucelceret pietas, probitas, honestas,  
omneq;

Omneq; deus tam corporis quam animæ. Ergo  
adolescens ad eam ætatem, qua connubio aptæ  
redduntur puellæ, hæc nostra facile invenit, abs  
quo & amaretur. Ita factum ut in manum con-  
veniret, & conjugali nexu sociaretur Viro Nobi-  
lissimo & insigniter strenuo Dn. JOHANNI VOLA-  
GERS/ Illustr. Duc: Megap: Capit: super Copias pe-  
ditū. Cum hoc suo marito ita ista vixit, ut tū mens  
una,tum voluntas, amor atq; obsequium mutuum  
perpetuo esset ambobus: sensitq; ille eam beatita-  
rem, quam prædicavit Lyricus. *Quando pudica  
mulier in partem juvat Domum atq; duces liberos.*  
Enimvero non tantum sollicitudinem curamque  
domesticæ rei, (quod industriæ matresfamilias fa-  
cere solent,) serio seduloq; sibi habuit commen-  
datam, sed charissimam sobolem, ex se natam, piè  
pudicèq; educavit in spem generis, & ad frugem  
omnis honestatis. Facta est, inquam, mater dūum  
liberorum; filii unius **Hans Dieterich** / & filiæ  
**MAGDALENÆ LUCIAE**, quorum istum adhuc fa-  
ta servant superstitem: Hanc ante tres præterpro-  
pter hebdomadas amplexibus parentum surripue-  
runt. Sed, ut ab initio memoravi, optima hæc fœ-  
mina, & ipsa experiri sortis humanæ Casus necesse  
habuit. Circumventa quippe ante aliquot retro  
actos menses, eo affectu quem Pthysin medici in-  
digetant,

digent, sensit paulatim vires, omniūq; membro-  
rum vegetam cōstitutionem in pejus ruere; donec  
lenta tabes indies aucta ultimam ei attulerit vitā  
pausam, i psis Kalendis hujus mensis Octobris, post-  
quam X. septimanas decubuisse. Ecce vobis  
specimen fragilitatis humanæ, spectandum in ju-  
vēne foeminā, vix xxiv. annos vivendo indeptā:  
vix iv. annos & mensem, conjugalem societatem  
expertā: qui Casus quanto est inopinus magis &  
immaturus, tanto luctuosior accidit marito, jam  
viduo. Nos pro illius solatio nonnulla hic pone-  
remus, nisi essemus certi, ipsum, utpote Christia-  
num, cordatum, & humanarum vicissitudinum,  
haut ignarum Virū, hoc quidquid est, piā & tran-  
quillā mente toleraturum. Illud unum hac vice  
nobis curæ esse debet, ut spectabili frequentia  
funeris abductionem comitemur: quod ut face-  
re non intermittat, hodie ad horam 2. vos omnes,  
Cives academici, majorem in modum rogo atque  
hortor. Dab. Rostochi sub sigil: Universit.  
Anno cīc, id, cīxli, XI. Octobr.








[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776811215/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776811215/phys_0016)



exercitę & enervatę totis  
refocillatione sibi recte  
tur, id iis vitio vertant, e  
bula publica, innoxias &  
pulo differunt perurbem  
supremum Numen indul  
ram liberaliorem corpori  
sed & ultro concessit, &  
mandavit; quanquam earum  
alienior sit ab immodicis  
mus nos in rem præsente  
dixi, graphicum & vivum  
possum, Cives academicos  
Luciam von Rehden/ qui  
moditates ita sequuntur su  
ipso ætatis vigore, labefacti  
exhausto, eandem dejecti  
mero viventium. Prima  
est ei Annus ab instituta re  
genitæ parentibus, nobili  
heroicis facinoribus cele  
bissimos, & maximè strenu  
von Rehden/ hæreditario  
Princip. Brunsvicens. &  
& ductore peditatus Germ  
obsidione Brunsvicensi



the scale towards document

atibus, honesta  
ere aggrediu  
nc, velut profla  
tes animas, pi  
men vel ipsum  
rgiorem, & cu  
m non invidit,  
promoverent,  
s suopte genio  
ribus. Venia  
quæ hueusque  
m sistere vobis  
m nobilissimā  
q; istæ incom  
enilibus annis;  
us, corporeq;  
ione & ex nu  
suram largitus  
c. 15. 15. c. XIV.  
ix, Virtute &  
: patre Nobis  
LUDOLFO  
sen/ Illustriss:  
g. Capitaneo  
Anno 1615. in  
m globo tor  
men-